

Quis non meminerit pueritiam tuam?

Frgm.
XIX

... asperitatis invidiaeque plenissima cum descriptione personae, qua mores eius inluminat, quem non magis timeri oporteat quam despici tot vitiorum foeditatibus inquinatum. Cetera hic explananda non sunt, quae satis in praecedentibus diximus.

Iterum a piratis redemptum: Quo enim nomine appellem eos, qui te pretio accepto liberaverunt?

Frgm.
XX

... Significat iudices eos, qui accepta pecunia reum de incesto absolverant Clodium, ut et ipsi piratae ...

(Desunt saltem XVI paginae.)

... naturae. *Nisi vero liniamentis hominis nomen et figuris positum, non naturis putas.*

Frgm.
XXI

... Definit hominis proprietatem non liniamentis corporum, sed animorum qualitatibus aestumandam.

Tum habuisti quasdam formidines, <quae> quasi cornua quaedam exciderunt impleta.

Frgm.
XXII

..., qua P. Clodium ad ferae alicuius et beluae similitudinem descripsit. Etiam hoc ... in exitu ... posuit cornua illi, quae habuisse quondam videbatur, nunc esse delapsa, ut nimirum sensus ille sit, magis iam contemni Clodium quam timeri.

Non enim viderunt, quos ipsi exturbarant, eos in civitatem restitutos.

Frgm.
XXIII

C. Gracchi et L. Saturnini exempla intulerat, quorum alter in Aventino interfectus est, alter Capitolio deductus